



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De excomm. non reseruatis ex decreto & Decretalib. c. 37.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

niacos, procuratores simoniae, & scientes huiusmodi contractus, & non manifestantes: quamuis de non manifestantibus non fit in usu. *Decima, contra Fratres mendicantes, cuiuscunque sint Ordinis transeuntes ad aliam Religionem, illa Chartusianorum excepta, sine Sedis Apostol. licentia. * Undecima est Sixti 4. & Concil. Trid. sess. 4. vbi excommunicantur affirmantes eos mortaliter peccare, vel illos esse hæreticos, qui dicunt B. Mariam Virg. conceptam sine peccato originali, & illi pariter, qui contrariam sententiam damnant.

*De excommunicationibus non
reservatis ex Decreto, &
Decretal. Cap. 37.*

PRima est contra Iudices, & Gubernatores laicorū iustitiā non observantes post tri-

nam Episcopi admonitionē. * se-
cunda. Contra electum in Papam
à minori numero duarū partium
Cardinalium, si suæ Electioni con-
sentiat. * Tertia. Fulminatur con-
tra imponētes iniustas alias, vel
collectas personis Ecclesiasticis.
* Quarta. Contra Religiosos pro-
fessos exeuntes è monasterio ad
audiendas leges, vel medicinam,
nisi intra duos menses reuertan-
tur. * Quinta. Lata est in Sacerdo-
tem habentem Vicecomitis, aut
Præpositi secularis officium. * Sex-
ta. Ligat spoliantes Christianos
naufragantes: quæ est etiam in
bulla Cœnæ Domini. * Septima.
Contra violantes libertatem Ec-
clesiasticam per modum statuti,
vel consuetudinis, nisi id de suis
libris decretalibus post duos mē-
ses à publicatione huius senten-
tiæ deleuerint. * Octaua. Contra
recipientes ordines, vel beneficia,
& alia huiusmodi à schismaticis,

& eos qui cōsenserint ordinationi illorum.

De Excommunicationibus non reservatis, in sexto.

Cap. 38.

EXcommunicantur * primò mittentes scripturā, vel nunciū Cardinalibus in conclavi existentibus, vel cum eis secreto loquuntur. * Secunda est contra dominos, & officiales non observantes ea, quæ in morte Papæ observanda sunt. * Tertia. Ligæ spoliantes, & iniuste persequentes personas Ecclesiasticas, eorū Ecclesias, vel monasteria, aut consanguineos vsque ad 7. gradum, si id faciunt propterea quod nolint aut noluerint eligere eos pro quibus rogarunt. * Quarta. Contra de nouo usurpantes ius custodiæ vel guardiæ Ecclesiæ vacantis, vel titulū, aut bona ipsius capientes, aut hæc fieri procurantes. * Quinta. Com-

prehendit